

## Band II., Nr. 333, Seite 55-57

*Papst Eugen III. nimmt das Kloster Anhausen mit dessen Besitzungen, gleich seinem Vorgänger Cölestin II., in unmittelbaren Schutz und gewährt demselben die gleichen Begünstigungen wie dieser.*

Lateran, 1150. Januar 30.

Eugenius episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis Sigifredo, abbati sancti Martini de Ahusen eiusque fratribus tam presentibus quam futuris regularem vitam professis in perpetuum. Cum omnibus venerabilibus locis debitores ex iniuncto nobis officio existamus, illa tamen que ad beati Petri sancteque Romane ecclesie ius et defensionem specialiter pertinere noscuntur, convenit nos propensius confovere. Ideoque, dilecti in domino filii, venerabilis fratris nostri, Gualteri Augustensis episcopi, et vestris precibus inclinati, vestris iustis postulationibus clementer annuimus et, predecessoris nostri, felicis memorie Celestini pape, vestigiis inherentes, prefatum sancti Martini monasterio, quod a predicto fratre nostro Gualtero, nunc Augustensi episcopo, eiusque fratribus in proprio allodio constructum est et beato Petro cum omnibus ad ipsum pertinentibus oblatum, sub eiusdem apostolorum principis et nostra protectione suscipimus et presentis scripti privilegio communimus; statuentes ut quascumque possessiones vel decimas, quecumque etiam bona idem monasterium in presentiarum iuste et canonice possidet, aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium seu aliis iustis modis deo propitio poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. Concambium preterea quod de decimis illius loci, in quo ipsum monasterium situm est, cum ecclesia sancti Petri de Totingin, ad cuius parrochiam pertinebant, utriusque partis assensu rationaliter factum est, auctoritate apostolica confirmamus. Addentes ut ecclesia sancti Martini de Nawa<sup>1</sup>, in qua collegium vestrum per illustris memorie Manegoldum, palatinum comitem, patrem videlicet prefati G., Augustensis episcopi, in cuius erat allodio, monastice religionis auctore domino exordium habuit, cum decimis et omnibus aliis suis possessionibus vestro monasterio in perpetuum subiecta permaneat. Liceat autem vobis communi consilio advocatum, quem ad defensionem eiusdem monasterii utilem esse cognoveritis, libere eligere ipsumque, si inutilis apparuerit, remove et alium quem utiliorem provideritis substituere. Obeunte vero te, nunc eiusdem loci abbate, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet surreptionis astutia vel

---

<sup>1</sup>Langenau.

## II

violentia preponatur, nisi quem fratres communi consilio vel pars consilii sanioris secundum dei timorem et beati Benedicti regulam providerint eligendum. Crisma, oleum sanctum, consecrationes altarium seu basilicarum, ordinationes monachorum qui ad sacros ordines fuerint promovendi, a diocesano suscipiatis episcopo, siquidem catholicus fuerit et gratiam atque communionem apostolice sedis habuerit, et ea gratis et absque aliqua pravitate vobis voluerit exhibere. Alioquin liceat vobis catholicum quemcumque malueritis adire antistitem, qui nimirum nostra fultus auctoritate quod postulatur indulgeat. Sepulturam quoque ipsius loci liberam esse concedimus, ut quicumque illic se deliberaverint sepeliri, nisi forte excommunicati sint, nullus obsistat, salva tamen iustitia matricis ecclesie. Ad indicium autem huius a sede apostolica libertatis accepte aureum unum nobis nostrisque successoribus annis singulis persolvete. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat prefatum monasterium temere perturbare aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere aut aliquibus molestiis fatigare; sed omnia integra conserventur, eorum pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt usibus omnimodis profutura; salva diocesani episcopi canonica iustitia. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisve persona, hanc nostre constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire temptaverit et secundo tertiove commonita presumptionem suam emendare contempserit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore ac sanguine domini nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districte ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco sua iura servantibus sit pax domini nostri Iesu Christi, quatenus et hic fructum bone actionis percipiant, et apud districtum iudicem premia eterne pacis inveniant. Amen. Amen. Amen.

(*Rundzeichen.*)<sup>a</sup> Ego Evgenius, catholicę ecclesię episcopus, subscripsi. (*Monogramm für Bene valete.*)

+ Ego Theodewinus, sanctę Rufinę episcopus, subscripsi. + Ego Ymarus, Tusculanus episcopus, subscripsi. + Ego Gvido, Ostiensis episcopus, subscripsi. + Ego Nicolaus, Albanus episcopus, subscripsi. + Ego Gregorius, presbyter cardinalis tituli Calixti, subscripsi. + Ego Nicolaus, presbyter cardinalis tituli sancti Cyriaci, subscripsi. + Ego Aribertus, presbyter cardinalis tituli sanctę Anastasie, subscripsi. + Ego Oddo, diaconus cardinalis sancti Georgii ad velum aureum, subscripsi. + Ego Iohannes Paparo, diaconus cardinalis sancti Adriani, subscripsi. + Ego Guido, diaconus cardinalis sancte

---

<sup>a</sup>Mit *Sanctus Petrus Sanctus Paulus* und *Eugenius papa III.* und dem Denkspruch: *fac mecum domine signum in bonum.* In der nachfolgenden Reihe der Unterschriften der Kardinäle sind Lücken für weitere Namen gelassen, und zwar nach der vierten, vor und nach der siebten, und nach der neunten Unterschrift.

### III

Marię in porticu, subscripsi. + Ego Iacintus, diaconus cardinalis sancte Marie in Cosmydyn, subscripsi.

Datum Laterani per manum Plebani, Romane curie notarii, III. kalendas Februarii, indictione XII., incarnationis dominice anno MCXLVIII.<sup>2</sup>, pontificatus vero domni Eugenii tertii pape anno quinto.

—

Der Textabdruck folgt dem Original.

An vergilbter Seide hängt die Bleibulle mit den gewöhnlichen Kopfbildern usw. auf der einen, und EVGENIVS PP. III. auf der anderen Seite.

---

<sup>2</sup>Eugen III., gewählt 1145 Febr. 27, eingesetzt 1145 März 4, trat sein fünftes Regierungsjahr mit dem entsprechenden Tag des Jahres 1150 an und brachte vom Jahr 1149 nur den Schluss, von dem folgenden aber gerade den Anfang in Rom zu, vgl. Courcelles: *L'art de vérifier les dates*, Bd. 3, S. 346. Das Kalenderjahr und die Indiktion sind gleichmäßig von März 25 an gerechnet, oder es scheint vielmehr bei der letzten nicht beachtet, dass die auf 1149 fallende 12. Indiktion nach der gewöhnlichen Rechnung schon im Herbst dieses Jahres abgelaufen war.

## Überlieferung und Publikationen

**Lagerort:**

HStA Stuttgart

**Signatur/Titel des Originals:**

A 471 U 3

**Überlieferung und Textkritik:**

War ehemals im bischöflichen Archiv in Augsburg.

**Editionen:**

Besold: Documenta rediviva, Anhausen, Nr. 4, S. 337.

**Regesten:**

PHILIPP JAFFÉ (HRSG.): Regesta pontificum Romanorum ab condita ecclesia ad annum post Christum natum MCXCVIII, 2. verb. und verm. Aufl. bearb. von Samuel Löwenfeld, Ferdinand Kaltenbrunner und Paul Ewald, 2 Bde., Leipzig 1885-88 9370. Germania pontificia, Bd. 2,1, S. 112, Nr. 4.

## Weitere Angaben

**Sprache:**

Lateinisch

**Ausstellungsort:**

Lateran

**Ortsindex:**

Alba, Piemont, Italien

Anhausen Wohnplatz (4093)

Anhausen, Herbrechtingen, HDH

Augsburg, A

Dettingen am Albuch Wohnplatz (4048)

Dettingen am Albuch, Gerstetten, HDH

Langenau Wohnplatz (16851)

Langenau, UL

Ostia, Latium, Italien

Rom, Latium, Italien

Tusculum, Latium, Italien, W